



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 6. Æqui seu Æquicoli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

NVM. 5. Hernici, hodie les territoires d'Anagni, & d'Alatro,
en la Champagne de Rome.

VR- BES	ANAGNIA caput Hernicorum: hodie <i>Anagni</i> ; incolæ Anagnini; Græcis etiam Anagnates; Diues à Virgilio, Cercalis Silio dicitur.
HER- NI- CO- RVM.	ALATRIVM: <i>Alatro</i> ; aliter Aletrium Colonia, & Munici- pium, cuius incolæ Alatrinates.
VRBES ÆQVORVM, seu ÆQVICVLORVM	FERENTINVM: <i>Ferentino</i> , & corruptè vulgò <i>Florentino</i> ; fuit olim Volscorum, sed iis eruptum est ab Hernicis, quà de re Volsci apud Liuum conqueruntur. <i>Verulæ</i> , <i>Floro Veruli</i> , Colonia, à Nerua Imp. illustrata: hodie <i>Veroli</i> .

NVM. 6. Aequi, seu Aequicoli, hodie partie de la Champagne de
Rome, autour de Subiaco, & à la source du Téuerone.

VRBES ÆQVORVM, seu ÆQVICVLORVM	ALGIDVM oppidum, & mons Algidus, Romæ primordiis lo- cus vterque clarus: hodie l' <i>Osteria</i> dicitur Cluuerio. Monti adiacet sylva eidem cognominis retinens reliquias veteris nominis <i>sylva dell' Aglio</i> ; incolæ Algidenses dicebantur. <i>Corbio</i> , Romainis tradita ab Æquis victis, & diruta à M. Horatio Puluillo V. C. an. 297. vrbs hæc sita erat supra Algidum. <i>VITELLIA</i> Colonia, vnde Vitellij Imp. maiores, olim ab Æquis per proditionem occupata: Colonia peruetus erat paulò supra <i>Corbionem</i> . <i>TREBA</i> : hodie <i>Trena</i> , & <i>Trene</i> ; in Itinerario Trebulæ, Colo- nia, quam aliqui dictam volunt Augustam; huic montes vi- cini Plinio dicuntur <i>Trebani</i> , vnde oritur Anio Fl. <i>VALERIA</i> , aliter <i>VARIA</i> : hodie <i>Vico-Varo</i> , ad Anienem Fl. Marsistribuitur apud Anastasium, quia hoc æuo latius su- mebatur nomen Marsorum. <i>Catseoli</i> : <i>Aysili</i> ; à scriptoribus medijs æui Carsulis, quâ vrbe Romani vtebantur pro custodiâ nobiliorum, & triumphatorum. <i>SUBLAQVEVM</i> villa, seu Sublacensis Neronis, à tribus lacu- bus sic dicta ut ait Plinius, qui Sambriuini, vel Sambriuj di- cuntur; postea idem locus dictus est Sublacus, quod secessit S. Benedictus antequam Cassinum peteret: hodie <i>Subiaco</i> .
	Parall. Geogr. Tom. II. HHhh